Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ter Martinus Luther, Auguſtinianus, ꝓteſtor me colere & ſequi ſanctã Ro. Eccl'iam in oĩbus meis dictis & factis, p̄ſentibus, pręteritis & futuris, Qd' ſiquid cõtra vel aliter dictũ fuit vel fuerit, ꝓ nõ dicto hr̄i & hr̄e volo. Nec multo aliter proteſtatus eſt deinde anno inſequẽte in diſputatiõe Lipſica. Vbi & Nicenũ Cõciliũ (qd hic ſuggillat) oĩm ſacratiſſimũ dixit. Et in Schedulã Stolpenſem ſcribẽs ait. O quantis diris & furijs in me agerẽt iſti Stolpenſes, ſeu potius Talpenſes (vt ſic dicã) ſi ego tam blaſphęmo & impio dogmate ſtatuiſſem, nõ licere loqui de poteſtate Cõciliorꝰ, nec optare ſtatutũ eiuſdẽ poteſtatis. Et merito. Quid eñ (inquit) vel ipſorꝰ iudicio põt eẽ par huic impietati & blaſphemię? Quoties deinde meminit honorifice Conciliorꝰ in Reſolutiõibus ſuis? in Ioh. Eckiũ ſcribẽs, cum notatus eſſet, ꝗ nihil teneret de Concilijs generalibus, ait, Hunc articulum non eſſe meũ, credo (inquit) intelligit quicũqꝫ Reſolutiões meas & Dialogũ contra Syluеſtrũ legerit. Qñ id vnice deploro ac gemo, nos dignos nõ eſſe, vt videamus legitimũ Cõciliũ. Et nunc tandẽ poſt longas Suermeritates vagõſqꝫ inſanias, fatetur rurſus cõtra Suermeros ſuos. Si diutius ſteterit mundus, iterũ fore neceſſariũ, propter diuerſas ſcripturę interꝑtatiões, quæ nunc ſunt vt ad cõſeruandã fidei vnitatẽ Cõciliorũ Decreta recipiamus, atqꝫ ad ea cõfugiamus. O virilem cuculli huius conſtantiam.

In Reſolu. conclu. 26 Cõtra malignum Eccij iudicium

In lib. 3. contra Zuingli et Oecolã.

DE BOHEMIS HVSSITIS. CAPVT XXXV

In diſputatione Lipſica grauiter tulit Lutherus, velut contumeliã, ꝗ. D. Ioh. Eckius inſimulabat eum Bohemicæ factionis ſtudioſum, & plane patronum, Dicẽs ibi publice corã omnibus, Nunq̃ ſibi placuiſſe, neqꝫ in æternum placiturũ eſſe, quodcunqꝫ Schiſma inique faciunt Bohemi, quod ſe autoritate propria ſeparant a noſtra vnitate, etiam ſi ius diuinum pro eis ſtaret, Cum ſupremum ius diuinum ſit charitas & vnitas ſpiritus. Itidem ſcripſit in Galatas ſuos cap. vj. ꝗ eorum diſcidium nulla poſſit excuſatione defendi, quin ſit impium & omnibus Chriſti legibus contrarium. Et in Schedularios Stolpenſes (vt eos vocat) ſcribens ait. Verum Bohemi, nolo, prę̨ſumant, nec rideant omnes, propter hos duos aut tres rudiſſimos Sycophantas, Sunt alij (inquit) qui vnius ſpeciei vſum ſuadeant melioribus documentis, q̃ iſti fartores faciunt. Deniqꝫ ad Nobilitatẽ Germaniæ